UNA VOCE VENETIA

15 Agosto

Assunzione della B. V. Maria

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam *Luc. 1, 41-50*

IN ILLO témpore : Repléta est Spíritu Sancto Elísabeth et exclamávit voce magna, et dixit : Benedícta tu inter mulíeres, et benedíctus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi ut véniat mater Dómini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutatiónis tuæ in áuribus meis, exsultávit in gáudio infans in útero meo. Et beáta, quæ credidísti, quóniam perficiéntur ea, quæ dicta sunt tibi a Dómino. Et ait María : Magníficat ánima mea Dóminum; et exsultávit spíritus meus in Deo salutári meo; quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ, ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes. Quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus, et misericórdia ejus a progénie in progénies timéntibus eum.

Dal Vangelo secondo Luca *Luc. 1, 41-50*

IN QUEL tempo, Elisabetta fu piena di Spirito santo, ed esclamò a gran voce: Benedetta tu tra le donne, e benedetto il frutto del tuo seno. E donde a me questo, che la madre del mio Signore, venga a me? Ecco che appena udii la voce del tuo saluto, ha trasalito di gioia nel mio seno il bambino. E beata tu che hai creduto, all'adempimento delle cose dette a te dal Signore. E Maria disse: L'anima mia magnifica il Signore; e il mio spirito ha esultato in Dio, mia salvezza. Perché ha rivolto lo sguardo alla bassezza della sua ancella, ecco, infatti, che da questo momento mi chiameranno beata tutte le generazioni; perché grandi cose ha fatto in me il Potente; e santo è il suo nome. E la sua misericordia di generazione in generazione su coloro che lo temono.

Il Vangelo di oggi